



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Obligatio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

2 Mortale est nolle obedire in re gravi sine causa, aut nolle aliquid facere, quia iubetur; est enim id cōtemnere Superiorem. Quidam tamen famulos non putant teneri obedire sub peccato mortali, ex vi præcisa obedientiæ, id quod probabile est.

\* *Nau. l. c. nu. 36. Syl. l. c. nu. 1. Tol. c. 19. nu. 5.*

3 Obediendum non est cum creditur inde malum oriturum. \* *Tol. c. 15. nu. 8.*

4 Non tenetur obedire, qui credit Superiorem per errorem præcipere, &, si veritatem sciret, non fuisse præcepturum: & quidem per edicta generalia non intendunt Superiores obligare cum magno damno. \* *Nau. num. 38. Tol. c. nu. 5.*

## OBLATIO.

1 Obligat consuetudo aliquid offerendi in Ecclesia, si obtinuit vim legis, secus si per deuotionem liberam fiat: sufficit verò, cum obligat, maiorem partē populi offerre.

\* *Vide Fum. Oblationum. 3.*

2 Oblata celebranti in Ecclesia, cedūt Rectori, itemque quæ offeruntur Ecclesijs ditionis eius.

\* *Fum. l. c. num. 4.*

*Obligatio, vide Contractus.*

1 Multorum vinculorum simul fieri impossibile, præualet maximum: si autem

si autem sunt æqualia, primum.

2 In obligatione generali, etiam cum iuramento, non veniunt ea quæ non intendebas: talia autem videntur esse, quæ si tunc cogitasses, ad ea te non obligasses.

\* *Fum. obligatio, Syl. eod. num. 3.* dicentes in generali obligatione non venire ea, ad quæ homo speciatim non se obstrinxisset. *idem Ang. eod. num. 4.*

3 Obligaris pro te negotium vtiliter agenti, nisi contrarium sis protestatus. *Syl. l. c. n. 7.*

4 Obligaris ex filij tui contractu conuerso in tui vtilitatem, vel si habes eius peculium.

\* *Id. ib. nu. 6. Ang. eod. nu. 13.*

5 Obligatus coquere familiæ pro certo pretio, tenetur etiam si illa aliquantum augeatur: quod si grande esset augmentum vel decrementum, augendum etiam vel minuendum pretium.

6 Nemo potest se obligare ad pœnam mutilationis, quia non est Dominus membrorū.

\* *Nau. c. 15. n. 11. ex l. liber ff. ad l. Aqu. & D. Th. 2. 2. q. 64. ar. 5.*

Membrum est pars corporis: corpus tuum tibi non licet vita priuare: quare neque tibi membrum secare potes. *Sot. l. 5. q. 2. art. 1.*

*Obses, vide Bellum.*

1 **O**bsidem dare potest Papa Clericum, vel Religiosum, & Abbas Monachum

V 7

pro